Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 533

Quelle:
Copyright:

ſent', quod parum citra pontem exiſtit, pontifex donata Ceſari roſa, munus, quod ex veterum conſuetudine digniori, qui die ea viro curia teneatur, dari conſueuiſſe percepimus; domum rediit, oſculo pacis ad inuicem delibato. Imperator uero ueſte ſacerdotali contectus, vt aſcenderet uerſus Lateranenſem baſilicam, gradus direxit inter tocius plebis vagitus gaudio letitiaque confecte. Pontem autem molis Adriani cum tranſcenderet CC. aut bijs plures adoleſcentes ac uiros militaribus donauit inſigniis. Hiisque omnis vrbs ſummis gaudio leticia hylaritateque confuſa conuenit ad iſtam feſti pulchritudinem, quam obſecro tenere omnipotens trinusque et unus deus (velit?) vindicem ut nobis totique non ſolum Ytalie, verum univerſo orbi, paci ac quieti in ſecula ſeculorum. Amen.

Finis tocius Coronacionis.

Neapolim petiturus ſereniſſimus Imperator XI. Kalendas Aprilis.

Eo diuertens Imperatrix VIII Kalendas Aprilis Romanorum limites dereliquit. Erat enim ſibi comes dux Albertus, quem Imperatoris fratrem quam plures atteſtantur. Sereniſſimus Vngarie Bohemieque rex Rome eosdem redituros preſtolatus eſt.

Illud addo: male intellectum a *Bibliotheca Hiſt. Struvio — Buderiana Lambecium*, dum T. I. p. 936. e *Deſcriptione* noſtra *Adnotationes Columbani de Poncumolo ad Nic. Lanckmanni de Falckenſtein Hiſtoriam Deſponſationis Imp. Friderici V. et Conjugis Eleonorae* fecit.

XIX. *fol.* 164. p. 2. *De Vrbis Conſtantinopoleos iactura captiuitateque ad S. dominum N.* (Nicolaum) *Summum Pontificem Leonhardi Ecbien.* (Chienſis) *humilis Theologie Profeſſoris Mithilenique Archiepiſcopi hiſtoria incipit.* Initium: *Flere mihi magis licet* &c. Extat in *Annalib. Eccl. Abrah. Bzovii* ad an. 1453. *n.* 6. p. 84. et pluries alibi, ut videre eſt in *Scriptt. Ord. Praed.* T. I. p. 817. hujus enim ordinis Profeſſor erat *Leonardus.*

XX. *fol.* 185. *Johannes de hunyad comes perpetuus biſtricen. Magnifico domino Ladislao de gara regni vngarie palatino domino nobis honorando.* Haec praeoccupata e calce Epiſtolae datae: *Nandoralbe* (Belgradi) *Sabbato die proximo ante feſtum Sancti Jacobi apoſtoli Anno domini* MCCCCLVI. itaque eadem die, qua Heros ille depulſum ab obſidione *Turcam* Regi ſuo *Ladislao* nuntiarat, cujus Epiſtolae exemplar e *Cod. Mellic.* Cl. *Prayus Annalium* ſuorum *Parti* III. L. 3. p. 180. inferuit. Cui cum ſingulis pene verbis noſtra, quamvis paullo ſuccinctior, conſonet, non niſi initium